



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

L

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

- in mense Apostolico. Congregat. Episc. 15. Martij 1586.
- 61 Et pluribus presentatis ille instituatur, qui à maiori parte. Barbof. allegat. 72. num. 197.
- 62 Inter æquè idoneos, & cum æqualibus votis est locus gratificationi penes institutorem. num. 199.
- 63 Vel penes patronum. Leo in Thes. fori p. 2. cap. 6. num. 12. Hoc est.
- 64 Si patronus est clericus, ad hunc spectat gratificatio. Trid. sess. 24. cap. 18. §. 5. s. p. 2. Ius patron.
- 65 Presentatus à pupillo præfertur presentato à tutore. Sylu. q. 8.
- 66 Dignior, si æquè non idonei. Barbof. num. 200. loco cit.
- 67 Dignior, qui de linea fundatoris, sit idoneus. num. 202. idem.
- 68 Vel alia de causa. num. 204. 205.
- 69 Potest Episcopus instituere patronum idoneum sine vlla presentatione. Sylu. V. Ius patronatus quest. 7.
- 70 Non potest Episcopus commendare ad alicuius vitam beneficium ius patronatus sine consensu patroni. Viuian. p. 3. l. 14. cap. 3. num. 53.
- 71 Deuoluta institutione ad superiorem, hinc intra semestre instituere debet, à die noticiæ deuolutionis. Barbof. allegat. 71. num. 194.
- 72 Inter Beneficiatus, vt supra. V. Beneficiorum collatio. num. 21.
- 73 Vno beneficiorum liberorum ad Ecclesias patronatas nulla est. Vide supra Benefic. vno num. 4.
- 74 Non possunt auferri, neque ab Episcopo, insignia fundatorum in Capellis de iure patronatus. Lambert. de iure patr. q. 5. princ. art. 4.
- 75 Decreta de pœnis patronorum prædictis. num. 30. 31. 33. sapius euulgentur. Prou. 5.
- V. Benefic. Paroch. Prouisio. numero 31. & seqq. Benefic. resignatio. numero 9. Benef. Permutatio. numero 6. Benef. Vno. num. 4. Bona Ecclesiastica. numero 2. 9. Canoniciatum collatio. numero 17. Canoniciatum optio. num. 4. Ecclesia. nu. 12. 38. Parochia. numero 10. Visitatio inferiorum Episcopo. num. 9.

## ADDITIO.

- 1 Filius ex legitimo matrimonio natus, eget dispensatione, vt possit immediate obtinere beneficium de iure patronatus, quod obtinuit pater, ad quid beneficium in fundatione vocati sunt proximiores de genere. Congreg. conc. 23. Aug. 1631.
- 2 Ius patronatus non acquirit ille, qui dotat insufficienter, quod arbitrabitur ordinarius; sed dicitur benefactor. ead. apud Garz. de ben. p. 5. cap. 9. n. 52.

## Legatum.

- 1 IN legato ad pias causas sufficiunt duo, vel tres testes. Sylu. V. Legatum 4. q. 9.
- 2 Vitiato testamento, non tolluntur legata ad pias causas. idem ibidem qu. 10.
- 3 Ex causa potest Episcopus mutare legatum in alium usum, quia forte in eo loco non potest fieri. idem quest. 11. 12.
- 4 Aliàs, nec in factò, nec in modo, nec in loco ibid.
- 5 Mutatio verò ne fiat sine consensu hæredis grauati. idem q. 13.
- 6 In defectum executoris, qui vel non est datus, vel negligit, potest Episcopus se intromittere in legatis ad pias causas; aliàs minimè. idem q. 15.
- 7 Ille scilicet, qui est Episcopus testatoris, vel Episcopus executoris, si iste est compellendus idem V. Testamentum 2. q. 3. vers. Quintum.
- 8 Legatus calix intelligitur argenteus; planeta verò serica. Sà. Legatum. num. 5.
- V. Commut. vlt. volum. numer. 4. & seqq. Notarius numer. 15. 16. 17. Quarta funerals. num. 1. 4. 8. Seminarium clericorum. numer. 22. Spolia clericorum. numer. 9. Testamentum. num. 19. & seqq.

## ADDITIO.

- 1 Factum pro anima dicitur factum ad piam causam. DD. cum Barbof. de iure Eccl. l. 3. cap. 27. num. 11.
- 2 Item pro excarcerandis carceratis. ibidem num. 14.
- 3 Item pro utilitate consanguinei pauperis.

- peris. *ibidem num. 10. 16.*  
 4 Item quod pupillis relinquatur. *nu. 18.*  
 5 Item quod ratione studij. *ibid. num. 19.*  
 6 Item quod pro constructione monumenti. *ibidem n. 20.*  
 7 Legatum pro anima dicitur id, quod pro bono publico, veluti viarum, pontium, & huiusmodi, si eorundem sit necessitas. *ibid. num. 21.*  
 8 Pro executione Legatorum, si à testatore non præfinitur tempus, datur annus in profanis, & Episcopo item, vt cogat hæredes ad solutionem. *ibidem num. 27. 28.*  
 9 Legatum pium omnino intra sex menses adimplendum est. *ibid. num. 28.*  
 10 A die hæreditatis aditæ. *ibid. num. 29.*  
 11 In legatis pijs à tempore insinuationis testamenti, seu publicationis. *ibidem.*  
 12 Vna monitio, vel bina sufficit facta heredi, vel personaliter, vel per nuncium, seu epistolam, & in generali. *DD. ibid. num. 35. 36. 37.*  
 13 Et tenetur Episcopus de præcepto exequi mandata testatorum. *ibid. num. 40.*  
 14 Neque potest excludi Episcopus à testatore in hac executione. *ibidem nu. 41.*  
 15 Deuoluta executione legati pro electione pupillorum, seu pauperum, quibus est aliquid distribuendum, etiam electio deuoluitur ad Episcopum, *num. 45.*

Legatus.

- 1 Legatus à latere potest conferre beneficia, & prouisus à Legato præteritur prouiso ab Episcopo. *Nald. Legatus num. 3.*  
 2 Dispensat in omni voto, in quo Episcopus. *idem num. 6.*  
 3 Dispensat in defectu ætatis in parochialibus. *idem ibid.*  
 4 Potest conferre Dignitates post primam in Cathedrali. *idem num. 7.*  
 5 Potest audire confessiones, & alijs hoc munus delegare, etiam Regularibus. *idem num. 8. in sua nimirum Prouincia.*  
 6 Potest absolvere à casibus reseruatis Episcopo. *idem ibid.*  
 7 Non tamen à censuris per sententiam laicis. *idem ibid.*

- 8 Potest committere absolutionem à reseruatis Episcopo, non simpliciter, sed quando occurrunt casus. *ibid. num. 9.*  
 9 Alia potest, prout in litteris ei datis à Papa.

ADDITIO.

Legato præsentem in Ciuitate, Episcopus non potest vti Mozetta, neque Rochetto discooperto, nec benedicere populo; sed intra Ecclesiam, eo absente, vel annuente, potest benedicere *congr. Rit. 2. Octob. 1601.*

Libri prohibiti.

- 1 Index librorum prohibitorum habeatur apud impressores, bibliopolas, & personas Ecclesiasticas. *Prou. 1.*  
 2 Et apud eos, qui numerosam librorum suppellestem habent. *Prouinc. 5.*  
 3 Iudices tamen, & Syllabi omnes particulares extra Urbem editi, sine auctoritate S. Congreg. Indicis, sunt prohibiti. *Congreg. Ind. 16. Martij 1621.*  
 4 Catalogus librorum in partibus impressorum, qui aut sunt prohibiti, aut expurgandi, transmittatur ab Episcopis ad sedem Apostolicam. *in Ind. §. 4. Clem. VIII.*  
 5 Liberum sit Episcopis, aut Inquisitoribus generalibus, eos etiam libros prohibere, quos in suis Diocæsisibus expedite iudicauerint. *in Ind. reg. 10.*  
 6 Libri Thalmudici, Cabalistici; alijque nefarii hebræorum libri omnino damnantur. *Clem. VIII. in Indice Librorum &c.*  
 7 Liber Magazor prohibetur, præterquam scriptus hebraica lingua. *ibid.*  
 8 Hæresiarcharum libri cuiuscumq; nominis, tituli, aut argumenti omnino prohibentur. *Pius IV. in Ind. reg. 2.*  
 9 Item hæreticorum libri, qui de religione ex professo tractant. *ibid.*  
 10 Libri, qui res lasciuas, seu obscenas ex professo tractant, narrant, docent, omnino prohibentur. *ibid. reg. 7.*  
 11 Libri omnes, & scripti Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, siue in quibus continentur

- tur fortilegia, vaticinia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes, artis magica. *ibid. reg. 9.*
- 12 Alij libri à prænaratis supra, poterunt permitti ab Episcopis, pro qualitate materiæ, & personarum, quibus conceduntur. *ibid. in reg. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9.*
- 13 Missalia impressa Venetijs ab anno 1596. vsque ad 1601. diuersa à Missali Pij V. Romæ edito, nisi corrigantur, sunt prohibita. Congregat. Indicis 17. Febr. 1601.
- 14 Officia omnia non approbata Romæ, & item parua sanctorum, Ioseph, Angeli Custodis, sunt prohibita, & similia eadem Congregation. 2. Decembris 1614.
- 15 Concilium Tridentinum alio idiomate, quam latino, edi vetitum est, ead. 15. Nouembr. 1609.
- 16 Declarationes Concilij Tridentini, Remissiones Doctorum ad loca eiuſdem, vnà simul impressæ, prohibita sunt. Congregation. Indic. 29. Aprilis 1621.
- 17 Prohibiti in vna lingua, censentur prohibiti in quacumque lingua, & sub iisdem pœnis. Clem. VIII. *in Ind. §. 6.*
- 18 Licentia librorum, quæ iudicio Episcopi, seu Inquisitori datur in scriptis detur gratis, & singulo triennio renouetur. Clem. VIII. *in Ind. §. 2.*
- 19 Neque Episcopus, neque Inquisitor potest concedere facultatem legendi, aut tenendi libros hæreticorum, qui ex professio tractant de religione, nec alios omninò damnatos in Indice. Congreg. S. Officij apud Nald. *Liber num. 10.*
- 20 Illi vero, quibus datur licentia, tenentur Episcopo significare, vel Inquisitori, quæ repererint corrigenda. Clem. VIII. *supra §. 2.*
- 21 Sed reuocata sunt omnes licentiæ retinendi libros prohibitos à Greg. XV. 1623.\* & Urban. VIII. 2. April. 1631.\*
- 22 Neque dari amplius possunt, nisi à factis Congregat. Inquisitionis Romanæ. *idem ibid.*
- 23 Habent Episcopi, & Inquisitores coniunctim facultatem expurgandi quoscumque libros, etiã in locis exemptis, & nullius, soli vero Episcopi, vbi non sunt Inquisitores. *in Indice §.*
1. *de corrector. librorum.*
- 24 Correctores sint tres saltem. *ibid.*
- 25 Approbata correctione à prædictis permittantur. *ibid.*
- 26 Correctores aduertant diligenter omnia, quæ illis præscribuntur in hoc genere à Clem. VIII. *in Indice §. 2.*
- 27 Imagines quoque obscenæ, etiã in litteris grandioribus, obliterentur. *ibid.*
- 28 Qui hæreticorum libros, vel scripta propter hæresim, vel suspicionem damnata legerit, habueritve, ipso iure est excommunicatus. Pius IV. anno 1564. *in Indice librorum &c.*
- 29 Potest contra eum procedi, vt de hæresi suspectum. *ibid.*
- 30 Qui libros alia de causa prohibitos legerit, aut habuerit, præter peccatù mortale, Episcopi arbitrio puniatur. *ibid.*
- 31 Contra legentes, aut retinentes libros Astrologiæ iudiciariæ, diuinationum, & fortilegiorum, &c. possunt Ordinarij, & Inquisitores procedere. Sixt. V. Anno 1585. & Urban. VIII. Anno 1631.
- 32 Habentes libros prohibitos non satisfaciunt comburendo, sed necessario eos deferre debent ad superiores. Barb. *de pot. Ep. alleg. 90. num. 5.*
- 33 Impressorum officinæ, & bibliopolarum visitentur sæpius à personis deputandis ab Episcopo, siue Vicario. *in Ind. reg. 10.*
- 34 Omnes librarij, & librorum venditores habeant indices librorum venalium, quos habent, cum subscriptione Deputatorum, nec alios vendant, sub pena amissionis librorum, & alijs arbitrio Episcopi, vel Inquisitoris. *ibid.*
- 35 Quas pœnas subeant emptores, lectores, impressor. *ibid.*
- 36 Nemo audeat librum à se introductum in ciuitatem alicui legendum tradere, nisi ostenso prius libro, & habita à prædictis Deputatis licentia, nisi notoriè constet, librum esse omnibus permissum. *ibid.*
- 37 Hæredes iccirco, & executores vltimarum voluntatum defuncti librorum indicem offerant prædictis, & obtineant licentiam ante vsum eorum, seu translationem in alios. *ibid.*
- 38 Libellorum famosorum auctores, scriptores

ptores, euulgatore excommunicati sunt lata sententia, nec absoluantur, nisi fama restituta. Prou. 5.

V. Scriptura Sacra. num. 4. §. 6.

Librorum editio.

- 1 **N**emini liceat imprimere, vel imprimi tacere quosuis libros de rebus sacris sine nomine auctoris, neque illos vendere, aut retinere apud se, nisi probatis sint ab Ordinario sub pœna anathematis, & pecuniæ in Concil. Later. sess. 10. sub Leon. X. Conc. Trid. sess. 4.
- 2 Regulares, vltra prædictam Ordinarij approbationem, habeant quoque licentiam à suis superioribus. idem *ibid.*
- 3 Probatio libri edendi fiat per Episcopum, seu ab eo Deputatum, & per Inquisitorem loci, in quo imprimitur: & exemplum libri imprimendi authenticam, & manu auctoris subscriptum apud examinatoremaneat. Pius IV. in Ind. reg. 10.
- 4 Ne imprimantur libri de sanctitate, gestis, miraculis, martyrio eorum, quonondum à sede Apostol. in numerum Beatorum relati sunt. Congr. S. Inquis. 13. Martij 1625.
- 5 Nihil imprimatur, quoad formandos sacros Ritus attineat, inconsulta sacra Rituum Congregatione. eadem Congregat. Rituum 21. Martij 1620.
- 6 Ne imprimantur libri alieubi sine licentia Ordinarij & Inquisitoris loci, in quo degunt auctores librorum; & licentia ipsa præfigatur operi; alias censentur prohibiti. Congreg. S. Inquis. A. 1625.\*
- 7 Musicalium verba in mssicis apposita non possunt imprimi ab ique solita superiorum licentia. Congreg. Indicis lib. 17. Dec. 1623.
- 8 Problemata, vel axiomata ne proponantur publicè defendenda, nisi prius recognita, vt supra. Prou. 2.
- 9 Liber alias editus, ne noua facultate ne recondatur. Prou. 6.
- 10 Electio virorum ad examen librorum fiat eorum, de quorum fide, doctrina, integritate nihil dubitandum sit. Clem. VIII. de impress. lib. in Ind. §. 5.
- 11 Probatio in scriptis datur, & in fronte

libri seu scripti, seu impressi appareat, & fiat gratis. Trid. sess. 4.

- 12 Examinatorum quoq; approbatio ante initium operis impunitatur, Clem. VIII. *ubi supra* §. 5.
- 13 In fronte libri nomen, cognomen, & patria præferatur auctoris. idem *ibidem* §. 1.
- 14 Vel certe nomen illius, qui collegit ex aliis. *ibid.*
- 15 Ementito nomine auctoris ne imprimatur. Prou. 6.
- 16 Liber auctoris damnati expurgatus, si denuò imprimatur, præferat titulum auctoris, & notam damnationis. Clem. VIII. *ubi supra* §. 7.
- 17 In eiusdem quoque libri principio, tum veteris prohibitionis, tum recentis emendationis mentio fiat. *ibid.*
- 18 Impressoris nomen, locus impressio nis, & annus, in principio, & fine libri annotetur. *ibid.* §. 3.
- 19 Impressus liber ne publicetur, vendatur, antequam fiat collatio cum manuscripto, & detur licentia publicandi, & vendendi *ibid.* §. 4.
- 20 Typographi, & bibliopola iureiurando spondeant coram Episcopo, aut Inquisitore se munus suum fideliter executuros. *ibidem* §. 6.
- 21 Insignes, & eruditi ex eis fidei quoque professionem emittant. *ibid.*
- 22 Qui libros communicant scripto, vel euulgant, nisi probati fuerint, subiacent prædictis pœnis. Trid. *ubi supra*.
- 23 Qui eosdem habuerint, vel legerint, nisi prodiderint auctores, habeantur ipsi auctores. *ibidem*.
- 24 Lectiones, annotationes, disputationes, conciones, tractatus permanentes, quæ sibi inuicem communicant fratres, modo communicent ad effectum imprimendi, continentur sub decreto librorum imprimendorum decretum referunt DD. apud Barb. alleg. 90. num. 14.

ADDITIO.

- 1 **N**E imprimantur Libri in materia de Auxiliis, etiam sub prætextu commentandi S. Thomam, aut alio modo, nisi cõsulta prius S. Inquisitione Romana,

na, sub pœna priuationis dignitatum, officiorum vocis actiuae, & passivae, facultatis concionandi, publicè legendi, ipso facto, & alijs pœnis. *Congr. s. officij 1625. apud Lezanam in summ. quest. Regut. cap. 9. num. 24.*

Libri impressi contra dictum Decretum sunt prohibiti, *ibid.*

Impressores puniantur amissione librorum, & alijs pœnis. *ibid.*

### Licentia.

1 **L**icentia laborandi die festo à solo Episcopo concedi debet: index tamen laicus potest procedere contra non habentes licentiam. *Congreg. Episcop. 21. Augusti 1615.*

2 Et gratis debet dari eadem 15. Iunii 1619.

3 Licentiæ discedendi, audiendi confessiones, concionandi, & ministrandi Sacramenta dentur gratis. eadem 16. Iulij 1592.

4 Licentia quaritandi eleemosynas à Regularibus mendicantibus in ipsamet monasteriorum ædificatione, seu erectione data censetur. eadem 6. Octobris 1597.

5 A laici non potest concedi pro quaestu eleemosynarum. eadem 8. Nouembris 1619.

6 Licentia alloquendi Moniales Regularibus subiectas dari debet laicis in scriptis ab Episcopo, & superiore Monialium coniunctim. ead. 15. Ianuarij 1616. *et alias sepius.*

7 Idem fiat in Diocesi à Vicario deputando; sed eo casu superior Regularis priori loco subscribat. eadem 7. Martij 1617.

8 Idem seruetur in licentijs ingrediendi monasteria Monialium, exceptis repentinis casibus, in quibus sufficit alterutius subscriptio. eadem *ibid.*

9 Edicta pro huiusmodi licentijs ab Episcopo tantum subscribantur, & publicentur. eadem *ibid.*

*V. festi dies. num. 45. 46. 47.*

### Limina Apostolorum.

1 **O**Mnes Episcopi tenentur visitare limina Apostolorum, & de statu Ecclesiarum rationem reddere. Sixt. V. Anno 1585.

2 Per se, vel per nuncium, si legitime sint impediti. *ibidem.*

3 Nuncius autem cebet esse certus cum mandato speciali de gremio Capitulum Episcopi, aut indignitate constitutus, seu Personatum habens; & his deficientibus, sit sacerdos Diocesanus; & Clero deficiente, aliquis presbyter, etiam Regularis, spectata probitatis, & religionis. *ibid.*

4 Itali, & alij ex insulis adiacentibus tertio quoque anno: alij remotiores quarto; quinto, vel decimo, pro regionum varietate. *ibid.*

5 Annus incipit à tempore suscepti muneris consecrationis, vel pallij traditionis, vel translationis. *ibid.*

6 Pœna imponitur suspensionis ab ingressu Ecclesiae, & ab administratione spiritualium, & temporalium, & à fructuum perceptione; & est referuata Papae. *ibidem.*

7 Excusatio de non veniendo Romam, debet probari legitime coram primo Diacono Cardinali. *ibidem.*

Si ad curiam profectus Episcopus Papam non visitet, ab eoque non obtenta licentia discedat, incidit in excommunicationem. *V. gol. de pot. Ep. cap. 2. §. 2. num. 5.*

*V. subsidium caritativum. num. 6.*

*Synodus num. 7.*

### ADDITIO.

1 **E**Piscopi in partibus infidelium residentes, si visitent per procuratorem in curia residentem, satisfaciunt constitutioni Sixti V. *s. Congr. de propag. fide. 28. Iulij 1626.*

2 Coadiutor Episcopi non tenetur visitare, sed coadiutus. *Congreg. conc. 4. Augusti. 1609. apud Barboss. de iure Eccl. l. 3. cap. 10. num. 45.*

## Litania.

- 1 Litaniae maiores, si incidant in diem Paschatis, transferantur in feriam tertiam sequentem. Congreg. Rit. 25. Septembris 1627.
- 2 Præter Litanias Breuiarij Romani, & B. Virg. Lauretanæ Aedis, omnes prohibentur. Clement. VIII. Anno 1601.
- 3 Et præter peccatum, arbitrio Ordinarij pœnæ imponantur. *ibid.*
- 4 Quas luant, & qui ediderint, & qui publicè recitarint. *ibid.*
- 5 Non licet addere sanctorum nomina Litanij, quæ habentur in Breuiario, licet sint Patroni locorum. Congr. Rit. 22. Martij 1631.

## Littera dimissoria.

- 1 Ab alijs, quam ab Episcopis, dari non possunt. Trident. *sess.* 23. c. 10.
- 2 Sub pœna, impetrantibus suspensionis ad arbitrium Episcopi, si ordinentur in maioribus; si vero in minoribus quod non gaudent priuilegio clericali, præsertim in criminalibus. *ibid.*
- 3 Absolutio à suspensione, de qua supra, in ijs, qui sunt nullius Diœcesis, spectat ad eum Episcopum, ad quem spectet dare dimissorias decifum refert Barbof. *allegat.* 7. nu. 20.
- 4 Concedentes litteras contra Decretum ab officio, & beneficio per annum sunt suspensi. Trident. *loco cit.*
- 5 Vicarius Generalis habens generale mandatum in forma, potest, absente Episcopo, dare dimissorias ad ordines, & remittere interstitia. Congr. Concil. 4. Martij 1597.
- 6 De Capitulo sede vacante. *Vide Cap. sede vacante nu. 26. 29.*
- 7 Prælati habens ius cogendi Synodum potest dare clericis sæcularibus sibi subditis. Barbof. *loco citato numer.* 8. & Rota in *Salamant. iurisd.* 9. Maij 1594. coram *Seraphino.*
- 8 Prælati Regularium dant dimissorias suis subditis. Clemen. VIII. apud Barb. *alleg.* 7. num. 18. & 31.
- 9 Et in his exprimat causa absentia Diœcesani Episcopi, vel impeditæ or-

dinationis, si ad alienum mittantur Episcopum. decifum refert Quaranta V. *Ordo* 15. Martij 1596.

- 10 Possunt dari ab Episcopo etiam ægroto vel impedito. decifum refert Vgolin. *de pot. Episc. cap.* 26. §. 20. num. 11.
- 11 Item, si absit à sua Diœcesi, absentibus, & petentibus, & potest demandare examen Episcopo loci, vbi petentes degunt. decifum refert Barbof. *alleg. cit.* num. 29.
- 12 Debent regulariter pius examinari à proprio Episcopo, quam dentur eis dimissoria. Trident. *sess.* 14. cap. 3. & *sess.* 23. cap. 3.
- 13 Dentur gratis, & spontè oblatum reiciatur. idem 3. *sess.* 21. cap. 1. V. *Ordo in genere*, num. 26. 27. 28.
- 14 Notarij quibus nullis est salarium constitutum, decimam aurei partem pro singulis litteris accipere possunt. idem *ibidem.*
- 15 Pœna illis imponitur. *ibid.*
- 16 Accipere aliquid pro dimissorijs non est tamen simoniacum. Congr. Episc. 17. *Septemb.* 1587. *Vide Nauar. affirmatum consil.* 67. de *simon.* num. 1. 2. parte 2. l. 5. ed. 2.
- 17 Nec expirant dimissoria, tùm viuente, tùm defuncto dante; neque datæ à Capitulo per ingressum noui Episcopi. Barbof. *loco citato num.* 23. 24. & Congr. Episcop. Anno 1600. apud *Nald.* *Ordo num.* 12.
- 18 Non sunt negandæ litteræ commendatitiæ, seu dimissoriae ijs, qui non habent beneficia requirentia residentiam, decifum refert Barbof. *alleg.* 21. *numero* 5.
- 19 In dimittendis sacerdotibus ad alienas Diœceses videat Episcopus, ne dimittat eos, quos ad titulum patrimonij ob necessitatem suæ Ecclesiæ ordinauit. argumentum enim, esset, titulum minus legitimum esse ordinationis, si necessitas non sit, possunt dimitti.

## ADDITIO.

- 1 Episcopo notoriè suspensio ob malam collationem ordinum, possunt ordinandi adire apiscopos vicinos pro libito, absque dimissorijs. *Barboff. de*

de potest. Episcop. alleg. 7. num. 5.

- 2 Quæ nondum plene habuerunt suum effectum, data à quocumque, possunt à successore reuocari. *Rebuff. arg. cap. si qua de rebus 12. quest. 2.*

*Litteræ testimoniales ordinum.*

- 1 **D**Entur eodem modo, quo dimissoria, & sub eisdem pœnis Trident. *sess. 21. cap. 1.*
- 2 Si in litteris plurium ordinum mentio fiat, Notarij tamen ne vltra decimam auri partem accipiant. *Prou. 3.*
- 3 Si perdantur neque possint probari per se testes, delato iuramento in subsidium, non erit veritum concedere dimissorias ad alios ordines. *Congregat. Episcop. 4. May 1604. apud Naldum Ordo numer. 15.*
- 4 Obteno rescripto Apostolico pro recipiendis ordinibus à quocumque Episcopo, necessariae sunt litteræ testimoniales proprij Ordinarij de vita, & moribus alias incurritur suspensio ab executione ordinum, & à collatione per annum ab ordinante. *Tolet. lib. 1. cap. 29. num. 4.*
- 5 Nisi in eodem rescripto (quod solet fieri) concedatur, inconsulto Ordinario proprio.

ADDITIO.

- 1 **L**itteris testimonialibus Regulatum, in quibus sit testimonium de ordine præcedenti suscepto, est adhibenda fides. *Mascard. de probat. concl. 1145. in fine.*
- 2 Litteræ testimoniales de vita & moribus dandæ ordinandis extra tempora, si desint recipienti primam tonsuram, nõ incurrit suspensio, decisum refert *Tolet. lib. 1. cap. 49. num. 4.*

*Locorum piorum cura.*

- 1 **L**Oca pia sunt ea, quæ auctoritate Episcopi fundata sunt Sylu. *V. Loca. quest. 4.*
- 2 Regulæ certæ constituantur ad pietatem aptæ tum à præfectis, & ministris, tum à pauperibus obseruandæ maximè precandi certis horis, & doctrinæ Christianæ tradendæ. *Prouinc. 5.*
- 3 Tollantur commestationes, quæ pietatis specie fieri solent à sodalitatibus, & cæteribus diebus festis, proposita pœna. *Prou. 1.*
- 4 Bona locanda publicè proponantur facta omnibus cõducendi potestate. *ib.*
- 5 Exceptis debitoribus loci. *ibid.*
- 6 Conductores dent idoneos fideiussores. *ibid.*
- 7 Quæ loca pia non sunt instituta ad pecuniam mutuò dandam, eorum administratores ne vlla causæ specie cui quæ, nec etiam vniuersitati loci, aut vicinijs dent mutuo. *Prouinc. 2.*
- 8 Si dederint, aut ipsimet acceperint, statim amoti sint, & per sex annos nullius pij loci administratione sint digni. *ibidem.*
- 9 Præfectus eorum locorum, qui huic rei consenserit, excommunicationis subeat pœnam. *ibid.*
- 10 Collectæ fieri possunt semel in mense, & in quatuor anni temporibus, pro ijs, qui præ pudore ostia im mendicare nõ audent. *Prou. 4.*
- 11 Oblationes loco pio fiant sine musicis instrumentis excepto organo. *Prouinc. 2.*
- 12 Quæstores sint eiusdem Diœcesis, bonæ estimationis, & famæ, neque ex eorum numero, quos Concil. Trident. damnat. *Prou. 1.*
- 13 Non cedant quæsitæ loco pio extra Diœcesim; officium fiat gratis, vel certa mercede statuta. *ibid.*
- 14 Nullo modo sint participes eleemosynarum. *ibid.*
- 15 Puellæ non quaritent. *Prou. 2.*
- 16 In erogandis eleemosynis alendisque pauperibus testatorum voluntates adimpleantur, cum testimonio Parochorum, consilioque, & aliorum piorum virorum. *Prou. 4.*
- 17 Distributiones omnes notentur in libro distinctè. *ibid.*
- 18 Qui malè distribuerit, ei pœna sit dupli restitucio, & grauior, arbitrio Episcopi. *ibid.*
- 19 Administratores tenentur quotannis reddere rationem administrationis Ordina-



- dinario. Trident. *sess. 22. cap. 9.*
- 20 Nisi sint sub immediata protectione Regum. *idem ibid. cap. 8.*
  - 21 Neque si secus in fundatione expressè caueatur. *idem ibid. cap. 9.*
  - 22 Si alijs deputatis reddenda est ratio, cum ijs adhibeatur etiam Ordinarius, & aliter factæ liberationes sunt nullæ *idem. ibid.*
  - 23 Et hoc decretum locum habet etiam extra visitationem, & in casibus à iure non expressis decifum refert Marta *de iurisd. par. 2. cap. 18. num. 6.*
  - 24 Plures in anno potest Episcopus exigere rationem administrationis locorum piorum, quando illi constat de dolo, vel errore. Barbof. *alleg. 81. num. 40.*
  - 25 Executio contra administratores condemnatos spectat ad Ordinariū, siue ipsi soli, siue ipsi cum alijs deputatis ratio sit reddita. *Trid. sess. 22. cap. 8.*
  - 26 Qui sunt debitores loco pio, non possunt esse procuratores, syndici, aut ministri eiusdem. *Prou. 1.*
  - 27 Potest Episcopus reseruare sibi facultatem reformandi, & augendi, etiam extra visitationem, decreta edita in visitatione Montis, pietatis, & locorum piorum, decifum refert Nald. *visitare num. 13. V. Visitatio Episcopi numer. 58.*

ADDITIO.

- 1 Hospitalia administratas à fratribus B. Io. Dei non sunt exempta à iurisdictione ordinarij, nisi solum quoad regularem obseruantiam. *Cong. Conc. 12. Ianuar. 1630.*
- 2 Probatio, An loca pia sint sub immediata Regum protectione, iudice Episcopo, facienda est, decifum referunt DD. *apud Barb. de iure Eccl. l. 2. c. 11. n. 63.*

Ludimagistri.

- 1 Idei professionem emittant. *Prouinc. 3.*
- 2 Lectores Philosophi principia, vel conclusiones auctorum contra fidem confutent. *Leo X. Anno 1513.*
- 3 Vbi Theologia lectio haberi nequit, saltem habeatur magister ad Episcopo cum consilio Capituli eligendus, qui

Barth. Gauant.

- clericos, aliosque pauperes grammaticam gratis doceat. *Trid. sess. 5. cap. 1.*
- 4 Eidem vel beneficium simplex, seu fructus eiusdem assignentur, quamdiu in docendo perstiterit: vel ex mensa capitulari, seu Episcopali, vel alia ratione merces tribuatur. *ibidem.*
  - 5 Licentia, quæ datur ab Episcopo, docendi pueros, ne detur ultra triennium, vt fiat recognitio magistri. *Prouinc. 5.*
  - 6 Doceant enim fidei rudimenta, & diebus festis, nullo alio doctrina genere pueros instruant. *Prou. 3.*
  - 7 Ne interpretentur libros vetitos, aut obscena continentes. *ibid.*
  - 8 Quotidianas exercitationes inchoent, & concludant pia prece. *Prouinc. 5.*
  - 9 Ideoque sacra imago in gymnasio appendatur. *ibid.*

Matrimonij denunciationes.

- 1 **C**Aueantur, ne pro denunciationibus faciendis interrogentur sponsi presentes de presenti, sed de futuro matrimonio. *Prou. 5.*
- 2 Fiant à Parocho proprio tribus continuis diebus festiuis inter Missarum solemnias. *Trid. sess. 24. capitulo 1.*
- 3 Possunt fieri eo tempore quo nuptiæ prohibentur. *Congr. Episcop. 12. Decembr. 1589.*
- 4 Fiant in festis de Præcepto. *Prou. 1.*
- 5 Non potest Episcopus dispensare, vt fiant in ferialibus diebus. decifum referunt DD. *apud Barbof. de pot. Episc. alleg. 32. num. 14.*
- 6 Posse fieri in magno concursu hominum ad Ecclesia in die pro festo, docet Sanchez *lib. 3. disp. 6. num. 9. 10.*
- 7 Imò, & extra Ecclesiam *idem ibidem.*
- 8 Sed in festis de præcepto, & in Ecclesia, intra Missam, ait *Trid.*
- 9 Fiant vbi habitus est consensus vtriusque, & parentum, & in diuersis Parochijs, vbi habitant. *Prouinc. 3.*
- 10 Denunciationes inter vicinos, quorum alter inter hæreticos habitat, ne fiant in consueto Episcopo. *Prouinc. 2.*
- 11 Eodem modo, si de vagis hominibus agatur. *ibid.*
- 12 Omittens Parochus ex propria auctoritate denunciationes suspensus

I est